

IOACHIMI
MYNSTERIENSIS
A FRVNDECK, IC.

A P O T E L E S M A,

ID EST, CORPVS PERFECTVM SCHOLARVM
ad LYSTITVTIONES Iustitiam pertinentium.

*Præter ius nouissimum tam ex Nouellis constitutionibus, quàm Imperialibus recessibus
& obseruationibus Cam. Imp. fundamenta quoque, & leges allegatas, pluribus in
locis castigatas, restitutas & distinctas, de voluntate & consilio auctoris,
ex recognitione ARNOLDI DE REYGER, IC.*

Accesserunt hinc demum, Paragraphorum summa, Institutionum, & Institutionum

Notæ, graduum descriptiones, & librorum translationumque Synopses

cum Remissionibus ad hunc MYNSTERIENSIS GALLI

obseruationes Imp. Cam. *num. 45. cap. 4. num.*

Studio & labore IOANNIS FEHL, IC.

Ad ius reformata, & inde factæ Inq. huius orpurgetis confirmis f. G.

22



Sumptibus FFr. ANISSONIORVM, & IOAN. POYSVELL

M. DC. LXXVII



PRÆFATIO

AD

LECTOREM.



QUISQVIS es LECTOR, paullum in vestibulo te affabor, ostensurus tibi saltem consilium instituti operis, & eius formam. Quod nunc damus, SCHOLIA esse vides IOACHIMI MYNSINGERI à Frundeck in quatuor libros INSTITUTIONVM Imperialium D. IUSTINIANI. Opus iamdiu ad esse productum; nunc reformatum, & tot recens factis accessionibus ita locupletatum, ut novum videri nonnulli possit. Nec huc ambitio nos, aut inane lucrum impulit, sed (testamur) tuus fructus, quod ut dictum aspectumve credas, haud vouemus magis, ut inspectum, ac perpensum.

I. Omnia per columnas dexterè descripsimus, legum authoritatibus (litterarum figurâ disparatis,) in-textum opportunè insertis.

II. PARAGRAPHOS numeris distinximus; quibus

III. Breuia ARGUMENTA, qua scopum Iustiniani ostendunt, & studium tuum impensè iuuant, atteximus.

à 2 IV. NOTAS.



IOACHIMI
 MYNSINGERII
 A FRVNDECK, IC.
 SCHOLIA

In IV. Libros INSTITVTIONVM Ciuilium
 D. IYSTINIANI.

IN PROOEMIUM.

- 1 Exordia quibuslibet disciplinis pramittenda esse.
- 2 Incivile est, iuris civilis expositionem sine praefatione tractare.
- 3 Quo consilio Iustinianus Imp. Institutiones fieri iusserit.
- 4 Utilitas Institutionum.
- 5 Institutiones quomodo adolescentibus cum fru-ctu interpretanda.

tionis loco praeposuit: sic fore ratus, ut cupida legum iuventus, maiore aviditate hanc primam studij civilis quasi infantiam, & prima elementa amplecteretur, & ad Institutiones diligenter perdiscendas, invitaretur ardentius. Enarrat autem in ea Iustinianus, quo consilio Institutiones hasce fieri curarit, quique sit harum fructus, atque commoditas. Nam cum videret, Ius civile immenso (ut inquit Livijs) aliarum super alias aceruatarum legum cumulo involutum esse, immensa legum volumina extare, atque adeo leges ipsas hinc inde diffusissime tractari: iuventuti prodesse volens ex prudentissimorum hominum consilio & suggestione hunc libellum concinnavit: partim ut iuvenibus ad Iurisprudentiae studium anhelantibus principia, & ipsarum legum cunabula certo, iustoque ordine, ac compendiarie via traderet: partim ut brevi indice materias immensis voluminibus comprehensas illis ostenderet, & tanquam digitum ad fontem porrigeret. † Et meretur sane hic Institutionum liber, ut caetera praetermittam, non minimam aded laudem, quod certum praceptorum ordinem, iustamque, ac dialecticam quandam docendi methodum complectitur. † Nos igitur Iustiniani propositum sequentes, in eius

1 **P**LATO † Princeps ingenij & doctrinae, ut cum M. Cicero appellat *leg. 4. de legibus*, quibuslibet libris siue disciplinis exordia, & quasi quaedam praeludia, quae artificiosam & utilem ad rem discendam tractationem haberent, praeposenda esse censuit. † Et ex Caij Iuriconsulti sententia, in *leg. 1. ff. de origine iuris*, incivile atque indecorum esset, illotis (quod dicitur) manibus legitimam & non simulatam aggredi Philosophiam: omissoque prooemio statim excellentissimam illam iuris expositionem tractare. † Quare eodem consilio & Iustinianus Imperator ductus hisce institutionum libris hanc epistolam praefationis loco praeposuit: sic fore ratus, ut cupida legum iuventus, maiore aviditate hanc primam studij civilis quasi infantiam, & prima elementa amplecteretur, & ad Institutiones diligenter perdiscendas, invitaretur ardentius. Enarrat autem in ea Iustinianus, quo consilio Institutiones hasce fieri curarit, quique sit harum fructus, atque commoditas. Nam cum videret, Ius civile immenso (ut inquit Livijs) aliarum super alias aceruatarum legum cumulo involutum esse, immensa legum volumina extare, atque adeo leges ipsas hinc inde diffusissime tractari: iuventuti prodesse volens ex prudentissimorum hominum consilio & suggestione hunc libellum concinnavit: partim ut iuvenibus ad Iurisprudentiae studium anhelantibus principia, & ipsarum legum cunabula certo, iustoque ordine, ac compendiarie via traderet: partim ut brevi indice materias immensis voluminibus comprehensas illis ostenderet, & tanquam digitum ad fontem porrigeret. † Et meretur sane hic Institutionum liber, ut caetera praetermittam, non minimam aded laudem, quod certum praceptorum ordinem, iustamque, ac dialecticam quandam docendi methodum complectitur. † Nos igitur Iustiniani propositum sequentes, in eius